



*Minea ga  
monca: hanc  
ni p sapientia  
Cornifino  
pingat: M  
armil sande  
puat. Feb*

Nicolaus Sagundinus ad Iohannem filium. de epistolarum dicendi genere.



**N**illam patior preterire diem: alicuius erga te mei muneris uacuū fili carissime: quin aliquid tibi pro mea uirili elucubrem: et excudam. quod et isti etati tue ornamento et usui: et uite future salutis: et presidio esse possit: q̄ tui iuuandi augēdiq; uoluntatē: uel potius cupiditatem meam in isto potissimū usurpare soleo. que quadam industria: ex fontibus liberalium studiorum hauriri posse uidentur. Quibus ut ego te a teneris annis uolens libensq; addixi. Ita est tu diis bene iuuatibus haud inuita Minerva: toto ut aiunt pectore: cunctisq; consentientibus sensibus incumbis: et uacas. ut inde michi sperare liceat fore: ut uita comite: nec me propositi: et sententie. nec te industrie et uigiliarum unquam peniteat. Equidē nichil omnino uideo: eorum que tibi a me pro fortunis et facultatibus conferri possunt: quod hoc litterario munere: uel

*Pro mea uirili elucubrem  
& excudam aliqd.*

*Minerua q̄ bene  
moneat. hanc paginam  
ni p̄ sapientia porichue  
Cornificus de fingat  
pingatq; Militaribus  
hemi. Lande dictam  
puer. Felty.*

*haud inuita  
Minerua.*

*litterario munere.*

michi gratius: atq; officio erga te meo conue-  
niētius: uel tibi utilius: et etati moribusq; tuis  
aptius et accommodacius esse possit. Cete-  
ra enim in que dominatur fortuna: tamen si  
uulgo magni penduntur: et hiis comparandis:  
omnis omniū ferme consumitur opera: caduca  
tamen: incerta: fugatia: breuia: et suapte natu-  
ra momentanea sunt. Virtus uero: atq; animi  
probitas: et morum generosa: ac optima insti-  
tutio: que litterarū ductu: et lumen potissimū  
gigni comparariq; solent. scientieq; earum co-  
piis et armis defendi: certa pfecto: solida pos-  
sessio est. eius multiplices fructus: per omnes  
gradus etatis late funduntur. et in omni rerū  
euētū. cōmodissime colligi: et percipi possunt.  
Virtus hec quem semel sui effecit compotem:  
nunq̄ deserit. Quippe que domi: et foris: cum  
tuentur animum a nequicia uendicat libertatē  
eius asserit: egritudinem om̄em propulsat: tu-  
morem emitigat: atq; retūdit. cupiditates cō-  
pescit: et tanq̄ fluctus turgentes cohibet: atq;  
sedat. mores componit: et format. inertia atq;  
ignauiam tollit. diligentia affert. et industria  
auget: fortunis et rebus domesticis moderat:

*Cuius status sunt ea  
qua dnat fortuna*

*laudes virtutis  
ac ai probitatis. &  
mora ac optima  
institutio.*

*Quot bona asse-  
runt virtute. &  
quot mala ppulsa-  
mus ipsa virtute.*

*Studia hu-  
manitatis  
hac virtute  
te comen-  
dant.*

3

priuatim et publice. siue totum et quippiam  
agas siue cū aliis cōtrahas: adest tibi monitrix  
magistra: et dux. ab errorum educit amfracti-  
bus: que recte dicas: uel facis dicat. nobiscum  
peregrinatur: rusticatur. Nos in rebus aduer-  
sis solatur. In prosperis sicubi insolentius effe-  
ramur: cohercet et continet. In periculis fortes  
efficit: atq; equanimes reddit. ubi uite turpi-  
ter et indecore cōsulitur: mors uero oppetēda  
uidetur. Eam nos contemnere docet. in arduis  
ac difficillimis rebus remedio: in dubiis et an-  
gustiis consilio nobis est. Ingenium acuit: et  
uarietate rerum excolit: consilia nostra limat.  
Solertes nos et industrios atq; in omni re pro-  
be strenueq; nauāda impigros et alacres facit.  
futura prospiciendi: preterita repetendi: instā-  
tia bene: atq; ex usu nostro disponendi: cōmo-  
ditatem largitur. pietatem: sanctitatē: fidem:  
iusticiam: dictorum: factorumq; constantiam  
colere et tenere docet. ueram hinc solidamq;  
felicitatem nobis promittit. sed de litterarum  
humanitatisq; commendatiōe hactenus plura  
etiam fortassis: q̄ in presentia opus esset: dicta  
a me sunt: quando nec de hiis differere nunc

Indecore & datu  
ui casus.

Sed de his hactenus

studia h  
animitati  
u virtut  
e iomen  
ant.

michi ppositum est. et tu nunc per te ab isto magistro tuo doctissimo: utq; et humanissimo uiro: quem cotidie audis: uberius institui: et formari limatius potes. et ex probatissimis libris quos diligentissime lectitas: et euoluis: exactius confirmari. que itaq; michi in mentē uenerunt de epistolari dicendi genere: uti sepe a me postulasti: ut patrem decet ad filium: tanq̄ capita quedā attingam: atq; omni uerborum pompa. et eloquendi pretermissa ambitione: paucis expediam. **Q**uid enim opus ostētatiōe doctrine aut ingenii: quando patri et agendū cum filio. Nichil profecto sit stultius: nichil leuius: nichil omnino immoderatius: q̄ patrem: et hunc iam senecta finitum: eo ineptiaz prouehi: ut dum adolescentem instituit filium: dū ad uirtutē humanitatemq; format: dum ad liberalia studia: atq; ingenuos mores cohortari pergit: penitus effutire: et tanq̄ gloriosus quidam miles ad scortum parasitum ne aliquem uerba uane ad ostentationem et iactantiam de promere fundereq; uideatur. Perinde me hercule: ut si quis que dextera manu contexeret: eadem rursus ipse leua retexere uideretur. Et

*A Magistro dicit  
ipsum uberius institui  
& formari limatius*

*Dat rationem nihil se  
dicitarum cu pompa  
uocabat & ostentatione  
doctrine aut ingenij.*

*Que dextera manu contexit  
hujus libelli compositor: eadem  
ipse leua retexere uidetur.*

4

quem ad probitatem oratione adducere uellet  
eūdem ipsum uite exemplo inde deduceret. &  
ad uitia et pernitiam traheret. an studio cap-  
tande beniuolētie insinuandū erit patri uerbis  
orationeque abeundum: scilicet. ut filium circū-  
ueniat: et ad amandum alliciat. At nichil inep-  
tius: nichil distortius: nichil denique deliberati-  
us: quā hiis artibus amorem et pietatem uenari  
filii: presertim eius: qui nō modo suapte inge-  
nio et propensitate quadam ingenua animi:  
uerum quoque agnitione singularis in se indul-  
gentie patris miris modis eū obseruat: adamat  
colit: ueneratur: et precipua pietate psequitur.  
Ad rem ergo ueniam. tu diligenter attende.  
In primis itaque: id quod in omni re insinuas a-  
gere: requirere debes mēsurā quēdā & modus  
eius. Epistola quam sis exorsus: apte est affig-  
nandus. quem quidem e rebus ipsis: quas sis in  
epistola ipsa comprehensurus: eruere poteris.  
Nam antequā incipias: desinendi modū: et quor-  
sum sis euasurus animo: cogitationeque cōquiras  
oportet. Etenim sine proposito fine: qui te ad  
scribēdū impellere debet: ac sine hiis que recte  
et commode: eo te ducere possint: quo tendas

*Hic incipit docere de  
Epistolari dicendi genere*

rem aggredi temere: et uerba inaniter fundere  
perinde nimirū est: atq; si nauim sine guberna  
tore e portu in altum soluas. et quo uenti: et  
fluctus impellant: repellantq; passim agitādam  
atq; errabundam omittas. **Q**uoniam uero cō  
moditatem hanc ut ita dicā epistolandi eo sibi  
potissimum mortales excogitarunt ut cum ab  
sentibus de hiis cōmunicare cōferreq; possint.  
que cum eis: si copia eorū daretur corā agere  
possint. Proinde par est: te uerbis apertis: usi  
tatis: et sensum tuum facile explicantibus: quo  
adlibet: breuiter uti. Breuius enim in epistolis  
maxime omnium rerum requiritur: modo e  
iusmodi sit: que sententias non contorqueat.  
neq; confundat. **O**rationem non reddat obscur  
ram: non dubiā: non intellectu difficilem. ue  
ut breuitatem nimiam: et orationem angustiis  
utiq; implicatam: non secus ac scrupulos atq;  
spinas refugere debes. Ita quoq; uerborum in  
anem prolixitatem: et dictiōis oblongam re  
uacue seriem atq; tractū uehemēter respuere.  
Epistola enī si ipsa per se loquatur: suis cōtēta  
finibus: nec latius iis euagari: atq; angustiis  
comprimi sponte sua unq; cōsentiet. **Q**uemad



5  
modum enim sagittarii: nequaquam inepti officio  
conuenit: priusquam emittat intueri metam. inter-  
ruptumque spacium cogitatione complecti: ra-  
tione metiri: et oculis perlustrare. compensatione  
denique iactus ac uirium: signum telo rectissime  
petere. eque enim erratur siue supra signum:  
siue intra ieceris. Ita et in componenda mode-  
randaque epistola explicandarum rerum ueluti  
interualli. et ad abiectum finem intercapedinis  
ratio diligens est habenda: atque ad id uerba apte  
accommodanda: ut nec paucioribus: nec pluribus  
quam necesse sit: oratio: uel deficiat: uel redundet.  
**Q**uid enim attinet uerbis parcere: ubi res ple-  
niore dictione sunt explicande: aut superesse  
uerba ubi res desunt. Hanc mediocritatem facile  
in epistolis consequemur: si uerba ipsa ad expli-  
candos sensus nostros uti uoluerimus: non que-  
uis sint: sed lecta: expensa: latina: significantia:  
queue cum uerbis ipsis apte atque rotunde con-  
sentiant. recte denique accommodari: et congruere  
possint. Maxime autem uerba huiusmodi con-  
uenit esse trita: et ab usu ferme cotidiani sermo-  
nis non admodum intermissa: nec abhorrentia.  
**A**lienum enim penitus uideatur id genus in

epistolis usurpare uerborū: que nimis abdita  
atq; recōdita sint: queue desita et prisca: et lo-  
quēdi cōsuetudine exculta: seu nouata duriter  
uel impudice et petulanter translata. eiusmodi  
uerbis poetis forte uti permittitur: oratoribus  
quoq; sed rarius et cautius uti: non abuti con-  
cessum quādoq; est. quanq̄ poeticum interdū  
et priscum uerbum habet ī epistola dignitatē:  
et modo raro interseratur: ac loco ponatur le-  
poris: solet et suauitatis non nichil: atq; suauitatis  
afferre. Nouare etiā aliquādo in epistola  
uerbum: non erit penitus alienum: neq; ab re:  
modo id crebro: ne utiq; fiat. adhibeaturq; in  
eo nouando consiliū: et delectus: ne nimis du-  
rum: ne audax sit: ne deindustria exquesitum:  
et nimium affectatū: sed necessitudine potius:  
expressius exarende rei positū uideatur. **Q**ue-  
ritare enim: et studiose eiusmodi conseruari:  
quibus nisi necessario commodo uti nequeas.  
non modo splendorem atq; uenustatem: orōni  
adimere: **V**erum etiam decorum illud: quod  
maxime ad prudentiam attinet: tanq̄ uitam:  
et animam corpori plane auferre uidetur. **C**ō-  
moditate uero transferendorum uerborum

epistolarem orationem maxime distingui: et  
illustrari: haud equidē inficias iuerim: quip-  
pe: q̄ haud scio: an ulla alia re magis: uel eque  
splēdeat. Nam et si necessitas primo: atq; uer-  
borum inopia: rationem transferendi uerba  
angustiis genuisse: atq; uerecūdius introduc-  
isse uidetur: delectatio tamen inde: atq; iocū-  
ditas subsequuta. latius ipsam demum atq; libe-  
rius celebrare coepit. Dicitur enim iocunde  
audiētis animus: et nescio quo pacto mirifice  
delectatur imagine quadam et similitudine  
subiecte rei: per uerbi translatiōem: aliorum  
sine ullo errore traductus: ut si proprio noīe  
res non eget: admet tamen: delecteturq; ma-  
gis id aliunde concinne et apte transfusi: et  
mutuo quodammodo accipi. Que quide in  
transferendorum uerborum uia et ratio: non  
modo singulis uerbis: uerum etiam continū-  
ata oratione: si belle tractata est: uehemēter  
mouet. atq; adeo penitus afficit. Sed tum uer-  
ba: tum res: tum recte transferri possunt: cum  
rei ante oculos ponende: augende: minuende  
ue causa: uel obscenitatis uitande: uel demum  
breuitatis seruande gracia per similitudinem

sumitur. **Q**uamobrem accurate studendum  
erit: ut uel quod loco alterius imaginē: et simi-  
litudine quadam apte assumere debes: ei cui  
id accommodare uis: penitus conueniat: et  
undiq; quadret. **N**am ut similitudine agnita  
delectamur. Illa est enim que mouet: ita si si-  
militudinis nichil translatione retineri anim  
aduersum sit: moleste uel auditu percipitur:  
& tanq; dissimile et absurdū negligitur proti-  
nus: & totum repudiatur. Sunt igitur episto-  
larum uerba: lecta: latina: et usitata. **U**tare a-  
liquando priscis: nouatis quoq; et paucis: et  
cuiusmodi: que non oblecta nimis: et penitus  
antiqua: non dura om̄ino et aspera sint. **T**rās-  
laticis autem et uerbis et rebus epistola ipsa  
dulcescat: et exornetur: non immodeste lasci-  
uiat: atq; insolenter uideatur: ut inde lepos:  
et oblectatio: non infacietas atq; insuauitas: et  
fastidium pariatur. **A**t de uerbis haecenus.  
**S**ententiae deinceps explicatae illustresq; sunt  
et cognitu faciles. non ambiguae: non obscure:  
non contorte. neq; nimis acute. non denique  
ab usu quotidiano et communi intelligentia  
usq; remote. **A**bsurdum enim et prope nuga

torium sit sinuosum aliquid: et uerborum ca-  
ligine obuolutum. ac in fundo ut ita dixerim  
positum: in epistolis familiaribus inueniri. ad  
quod hauriendum: explanandumq; uel Ap-  
pollo pithius cōsulendus: uel Edippus ipse sit  
adhibendus. uel tandem interpretes: et expo-  
sitores foris accersere oporteat. Structura ue-  
ro et species ipsa orationis ordine disponat:  
distincte texatur: et modo ac loco desinat.  
Postremo rebus ipsis: quibus tanq̄ forma op-  
ponitur prudenter: ac apte conueniat: atq;  
ex omni parte ratione et uia sibi ipsa consen-  
tiant: ut elegans sit: ut aperta: ut lepida simul  
et lucida. fugiat ambitus longos: pretereat  
crebras interiectiones: traiectionesq;: uel uer-  
borum: uel rerum. familiarem enim loquendi  
in epistolis modum de industria nimium cir-  
cumducere. ne utiq̄ par neq; conueniens est  
eiusmodi nanq; forma dicendi: illis orationis  
partibus dari atq; tribui solet: que graues  
quosdam continet locos: ac ubi sententiarum  
aliquid: cum dignitate est depromendū: quo  
rerū ponderi: dicendi quoq; facies apte eque-  
tur. Quamobrē si quis aliquando paulo gra-

uior locus: et a familiari usu dicendi semotior  
oriri: et emergere uideatur. potest enim quā  
doq; contingere: neq; omnino est epistolis in  
terdictum: locos graues capere posse: ipsa re-  
rum suppeditante materia: qui graues: gran-  
desq; suo iure haberi possint. quibusue per  
tractandis: dignitas quedam orationis. et q̄si  
dicendi tumor haud inepte consumi atq; im-  
pendi nequeat. si huiusmodi inquā locus tibi  
epistolam exaranti sese offerre uidetur: tum  
sine ulla inuidia: explicando sentētiam: paulo  
lautius uestire orationem: ornatius locuple-  
tiusq; expolire: diligentius deniq; et exculti-  
us curare et extollere poteris: atq; quoad res  
ipsa patitur: et locus est eloquentie capax:  
grauē figuram dicendi rebus appingere. **V**e-  
rum cauendum est tibi: obducas: et ut ita dix-  
erim complices atq; irruges orationem: am-  
bitu solo uerborum: et inani quodam sinu di-  
cendi. siquidem res et hee graues: atq; a sensu  
uulgari remote uideātur deesse. **N**ichil enim  
stultius: et homini uel mediiori indignius: q̄  
uana uerborum congerere oratiōe humida et  
lapsante. et lingua infreni et pdiga blaxterare

8

Tempus proinde nequicquam terere: ubi rerum  
dignitas atque pondus: nec est: nec apparet usque  
Namque ut locos graues: graui quoque orationis  
figura: et dignitate dicendi tractare oportet  
Ita familiares et tenues: quotidiano usui: fini  
tima oratione exponi: atque per membra et ar  
ticulos: diserte: remisse: pulchelle: atque celeri  
uscule expediri decet. Sed quoniam epistolis  
multa plerumque accidere possunt: que aut con  
firmes: aut reprehendas ipse necesse est. eius  
modi locos sequi sese alicubi inter loquendum  
offerant: non ita tractare debes: ut et argumen  
ta accurate: penitusque inuestiges: et inuestiga  
ta diligenter dicendo exornes. Demum ex arte  
amplifices: uarios: distinguas: expolias perin  
de: ac si accusatorio: et oratorio more. apud  
senatum: seu iudices ageres. Vel in corona: et  
cetera dialetice: disputantium subtiliter: et acu  
te differeres: satis abundeque sit: rationes quas  
locus ipse tibi suppeditabit: siue probare quip  
pam: siue repellere uelis. belle atque scite afferre:  
capita tantum lepidiuscule: non obstinate: neque  
contentiose attingere. leni denique et suauis o  
ratione strenue expedire. ut huic prudentie

tibi atque ingenii opinionem cum gratia uen-  
dices. Iactantiam et importunitatem deuites:  
et suspitione artificii ostentandi omnino care  
as. **Q**ue partes profecto: ut mea fert opinio  
epistolari genere apprime conueniunt. **E**as  
si huic dicendi genere detraxeris: iam ampli-  
us ne epistola quidem haberi possit. nec recte  
huiusmodi appellatione iure retinere queat.  
**Q**uas ob res satis nequeo admirari: non nullo  
rum quos etas hec nostra tulit: siue improbi-  
tatem: siue iusticiam: siue utrunque. qui cum  
preceptore ipsi et quidem strenuo quodam  
indigeant: ludum tamen aperire: et inter doc-  
tos indocti: artem profiteri dicendi haud ue-  
rentur. uerum et reliqua taceam: que non hu-  
ius temporis: non huius operis: non huius  
propositi nostri sunt: et que potius altissimo  
sunt obuoluenda silentio. Istuc queso monstri  
quid est. arripiunt epistolam aliquam **C**ice-  
ronis: et hanc forte breuiculam: et pusillam:  
atque pauculis et familiaribus contextam rebus  
et uerbis: et tanquam rem magnam et arduam ac-  
turi: ore seuo: tristi facie: elatis cameratisque  
superciliis: diu cunctabundi: et artem ferme

*Nequeo satis admira-  
rati non nullos*



uniuersam exposituro similes. Vocem tandē  
emittunt clamorā: fuscā: ridiculā: atq; nes-  
cio quam boni uiri exorū fabulam obganniūt  
atq; latrant: et plenis faucibus: sudore stillan-  
tes: quas dii boni non euomunt ineptias: que  
pretermittūt deliramenta. quas non intexūt  
nugas. quos nebulones non iactāt nenas. se su-  
isq; profecto dignissimas. incipiunt a genino  
ouo: et usq; ad mala sui capitis precipites pro-  
ruunt: dispertiunt atq; scindunt: et ut melius  
dicam. discerpunt in partes et membra: lacerā  
illam epistolam. Exordia fingunt: narrant: di-  
uidunt. Reliquas partes deinceps orationis:  
tanq; ibidē implicite iaceant: explicare conan-  
tur. A singulis laboriosissime miserandi hoīes  
immorando: uerbose: inepte: illitterate: arro-  
ganter: barbare: cuncta confundunt: atq; cō-  
miscēt. ut si in eos inspexeris: insanire dicas  
et scientiam olidam exhaurire hos putes: nō  
uerba facere. que si quis notet: atq; scribere  
uelit: pergrande utiq; uolumen: huiusmodi  
quisquiliarum refertum facile cōficere queat.  
Ita multa uno conatu: uno ut aiunt spiritu in-  
culcare uidentur. ac temere grandinare: non

loqui. Atqui si iisdem ipsis claris atq; uoca-  
libus oratoribus orationem aliquam Cicero-  
nis in manibus tradas. quam scilicet explicet:  
et quidquid artificii in eadem lateat perscru-  
tetur et edant: immortalis deus: qua tum de  
repente uertigine uidentur correpti: qua mo-  
ueri nausea: et frigent protinus: ut herent: ut  
horrent: ut inlingues et infauces efficiuntur.  
Quid ergo stultius. quid audatius. quid per-  
ditius hac peste hominum. Quid uinculis:  
uerberibus: eculeo: funariis: tortoribus carni-  
fice tandem hiis dignius. proch deum atq; ho-  
minum fidem: ubiq; tacito est opus: prepos-  
teri homines dirumpuntur loquacitate tanta  
garrandi eis inest impunitas: ubi eloquendi  
sele commoditas offert: mutescunt. ubi quod  
querunt non est: neque esse debet: ibi se inuen-  
tuos professi nequicq; nauate uidentur opera  
et oleum perdere ubi autē sedet: et inest: ibi-  
dem id peruestigare: et exquirere nesciunt.  
Perditos igitur homines improbos diis: ho-  
minibus: litterarūq; cultoribus hostes. Quos  
alios obsecro dices: nonne huiusmodi. Verum  
nolim hec a me quispiam dicta putet: quasi

de omnibus: qui hec profitentur studia: qui  
 ue alios humanitatem: et litteras docent. pas-  
 sim et sine ullo discrimine dixerim. Deus id  
 auertat. Non ita insano. Scio enim plerosq;  
 bonos et doctissimos uiros: ornamēta quedā  
 profecto seculi nostri: et nostre etatis clarissi-  
 ma lumina. Quorum humanitatem: probita-  
 tem: industriam: et peritiam antiquitas illic  
 iure posset admittere: et probare. Et qui uel  
 atheniensium sincero ac eleganti iudicio: non  
 in postremis essent locandi. ut hinc facile mi-  
 chi persuadeam: et sperare inducam animum  
 fore breui ut Italie pacem: et otium superis  
 benigne suppeditantibus. Platones illi: Aris-  
 totiles: Isocrate: Xenefōtes: Lysie: Demosthe-  
 nes: Catones: Crassi: Anthonii: Hortensii:  
 Cefares: Cicerones: ceteriq; id genus: tū gre-  
 ci: tum latini: cum illa sua magniloquentia et  
 suauitate: ac ui dicendi: reuixisse uideantur.  
 et longo post liminio ab inferis excitati: ad  
 superos rediisse. Que dixi itaq;: ad eos quisq;  
 maxime referat: qui garrulitate: et ineptiis  
 suis omnia interturbant. et fermento nescio  
 quo ignorantie: sinceritatem ac elegantiam

romani panis: id est puritatem latine lingue  
inquinare uidentur. eos cum hac improbitate  
et inscitia sua ualere longe sinamus. Nos ad  
propositum: et eo unde huc defluxit oratio  
reuertamur. **U**t igitur epistola ex omnibus  
suis partibus lenis: festina: equabiliter fluens:  
perbella et scita sit: familiare aliquid: et do-  
mesticum sapiat necesse est. **C**omitatem pre-  
seferat. **A**rgutiarum: et urbanitatis sit plena.  
**S**iccitatem omnem: atque rusticitatem: tum uer-  
borum: tum refugiat. Ingenia hominum et  
mores effingat: affectus quosque penitus tene-  
at: exprimatque: beniuolentiam captet: oblectet:  
moneat: exhilaret: festiuitatem autem: grati-  
amque per epistolam uendicabimus: quos equi-  
dem primas familiaris sermonis partes esse  
deputo. si per doctorias: facetias: liberales io-  
cos: tanquam per flosculos procedemus. si apte-  
tritis utemur prouerbiis. Si uersus probatos:  
nunc integros: nunc dimidiatos apposite: et  
loco intexemus. Si fabulas: uel res gestas: et a  
nostra remotas memoria: breuibus et quasi  
per capita attigemus: ac rebus nobis subiectis  
accommodabimus. **C**auendum tamen est: ne

11  
huiusmodi deliciolis: et ut ita dixerim lenocin-  
niis: ad facietatē utamur. ne hinc sermo nos-  
ter nō lenis: sed leuis. nō lepidus: sed insipidus  
non facilis: sed futilis. non nauus sed uanus ui-  
deri possit. et ad scurrilitatem magis: q̄ ad ur-  
banitatem diuertere. **T**emperate ergo: modi-  
ce: ratione et uia hiis ornamentis eniteat. et  
tanq̄ ornatibus cōdiatur: ne forte dum rusti-  
citatē: et in ciuile quoddam dicendi genus  
uitare cupimus: inscurrile: et prorsus illibe-  
rale: sine ulla mediocritate illabi uideamur.  
**P**roinde similiter cadētibus et similiter desi-  
nentibus. repetitiōibus cōparibus atq; grada-  
tiōibus. ceterisq; ad unū: schematibus: crebro:  
atq; frequēter in epistolis passim uti. **E**quidē  
ego non cōcesserim: in foro. n. in theatris: in  
cāpo: hec oratoribus usurpāda sunt. ubi laxi-  
oribus habenis inseruitur auribus. ubi omni-  
nixu ac impetu: animi multitudini applaudi  
t. ubi quisq; dictionis agendiq; artifex. com-  
positione quadam et strue bene delectorum  
uerborum: orationis contextu: et lege soluti  
cuiusdam numeri: mollitudine flexura: uarie-  
tateq; uocis: motu ac gestu corporis: gratiā

et fauores uulgi uenatur. non tamen idcirco  
hec ornāmēta: quibus tanq̄ luminibus oratio  
distingui: uariariq; solet: et tanq̄ bullis atq;  
gēmis appēsis fulgere penitus amouēda: et ut  
hostes omnino fuganda cenleo. Sed ut loco:  
tempori: personis: rebus quoq; conceditur.  
Ita decori et pulchritudini epistole tribuen-  
dum. uerecunde scilicet: oportune: ingenue:  
parce: non nimis profuse: ne meretricio more  
fusco atq; cerussa depicta: accessorisq; cōsperta  
coloribus: insuauior uideatur. Neue contra  
omnino rustica: inciuilis: neglecta: glabella:  
incōpta: horridula: et plus equo gracilis: et  
inculta sit. Verum hec utrinq; modeste decli-  
nans matronarum similis esto: que nature:  
atq; uernacule uenustati non nichil diligentie  
cureq; interdum adiicere solent: et ut paucis  
repetam: longa uel breuis esto: ut res postu-  
lare uideatur uerba apta sunt usitata: erum  
significantia: non uetusta nimium: non aspe-  
ra: non dura. Sententie quoq; illustres: dist-  
incte: non acute. et ualde recondite: non du-  
bie non difficiles: non nimio exquisite labo-  
re. Oratio ipsa lenis: luculenta: suauis: latina:

12  
comis: atq; ornamentis sui ipsius caste: atq;  
moderanter uestita. Accedat huc personarū:  
temporis: loci: rerum diligens ratio: grandia:  
grauiter: mediocria: modice: submisse tenuia:  
et parua dicantur. Sic deniq; omni ex parte  
nostra haec epistola absoluatur: ut non modo  
doctrina et diligentia. uerum etiam id quod  
omnibus rebus maxime dominatur: prudentia  
et ingenium nusq; desideretur. q; si quem tibi  
de multis diligendum proponendūue dari cu-  
pias: cuius uestigis inherereas quem secteris:  
cuius dicendi speciem potissimum imiteris.  
Maximum illum: et pene diuinum: ingenio:  
doctrina copia: suauitate: ut plurimarumq;  
peritia rerum uirum. **M. T. C.** tibi equidē  
propono: et do ei: quem non dicam preferre  
sed quidem cum eo conferre possim: inuenio  
neminem. **Epistolarum** eius: ut de hoc gene-  
re potissimum dicam. magnus est numerus:  
et grandia uolumina extant. **Quorum** si in-  
fundum inspexeris: grauitatem: ingenium:  
doctrinam: copiam: suauitatē: et eloquentie  
precipuum uim uarietatem leporem: maxi-  
marum rerum disciplinam. usum: diligentem

deniq; et accuratā rationē oratiōis cōperies.  
eum si diligenter et accurate: si uigilanter: ac  
omī impulsu animi: lectitare: obseruare ada-  
mare: imitari: ediscere: memorie commenda-  
re: familiarem facere tibi: induxeris animum  
nichil erit omnino eorum: quibus oratio grā-  
dis: suavis: luculēta: scita: magnifica: prudēs:  
copiosa: locuples: et quodammodo animata  
efficiatur. quod aut tibi deesse possit: aut ab  
aliis mendicare petereq; pacto ullo cogaris.  
Hec habui que tibi i presentia raptim de his  
pro ingeniolo et porciuncula mea dicerem.  
et que per etatem hanc atq; usum ex scriptis  
ueterum: tum grece: tum latine: obseruare:  
peruestigareq; potui: quibus simpliciter: et  
q̄amantissime tibi ab eo patre traditis: quem  
non plus uita: q̄ indoles ista tua. et litterarū  
tibi insitus amor oblectat: tantis par uteris.  
quoad tu pte uel ductu docti & periti magis-  
tri meliora memineris: que post hac exercita-  
tione. tu studio atq; usu tibi poteris ad com-  
modum comparare: et iocunditate ipsius rei  
familiaris in pectore reponere tuo.

Vale.

